



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Illegitimi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- tum voluerunt , cum earum vota sint simplicia , Ordinarijs subsint ; cum vsu , non dominio bonorum , & cum facultate de ijs disponendi ad vsus pios . *ibidem*.
- 6 Ab intestato succedant ii, qui nō emisso voto, successuri fuissent . *ibid.*
 - 7 Si nubere velint conceditur , cum relaxatione omnium votorum de facto emissorum . *ibid.* melius agent , si Moniales fiant . *ibid.*
 - 8 Amplissimis clausulis firmatur hæc constitutio . *ibid.*
 - 9 Ordinarii eam publicent , & contenta quæcumque executioni mandari current . *ibid.*
 - 10 Censuris, poenis, & aliis remediis , & omni appellatione remota . *ibid.*

Illegitimi.

- 1 E Xcluduntur à successione quamcumq; bonorum . *Pius V. A. 1571.*
- 2 Et à successione bonorum patrimonialium . *idem Anno 1572.*
- 3 Potest Episcopus dispensare cum illegitimo , vt obtineat beneficium simplex sine cura . *Sylu. V. beneficium 3. qn. 7.*
- 4 Non autem Personatum , vel Dignitatem sine cura . *idem ibid.*
- 5 Potest ad beneficium simplex , qui annexa est cura animarum , quando Ecclesia curata habet proprium Vicarium diuersum ab illegitimo . *idem ibid. quæst. 8.*
- 6 Prædicta intellige , nisi aliud obstat canonicum impedimentum , quam illegitimitas . *ibid. qu. 9.*
- 7 Neque potest Episcopus dispensare cum illegitimo , vt plura beneficia , retineat . *ibid. qu. 14.*
- 8 Potest Episcopus dispensare ad dimidiias portiones , seu beneficia inferior Cathedralis Ecclesiæ . *DD. apud Barb. alleg. 45. nu. 23.*
- 9 Item potest cum illegitimis etiam ex damnatu coitu ad minores ordines . *idem ibid. nu. 19.*
- 10 Item ad Canonicatus Collegiatæ Ecclesiæ . *nu. 22.*
- 11 Non ad Dignitates , vel Personatus . *nu. micro 29.*

- 12 Nec in ijs, quæ requirunt ordinem sacram . *nu. 30.*
- 13 Neque consequenter verius in Canoniciis Ecclesiæ Cathedr alis numero 31. Contrarium docent alii . *ibid. minus vere , ex iure nouo Conc. Trident.*
- 14 Neq; ad pensiones Gigas q. 17.
- 15 Illegitimus dispensatus à Papa ad sacros ordines non censetur dispensatus ad beneficium curatum . *Sylu. loc. cit. q. 10.*
- 16 Dispensatus super certo beneficio non potest obtainere aliud si fuit in culpa , vt non habuerit illud . *ibid. quæst. 11.*
- 17 Si non fuit in culpa , aut dispensatio fuit super incerto beneficio , poterit aliud obtainere . *ibid.*
- 18 Dispensatus ad beneficium curatum non potest obtainere Dignitatem . *ibid. qu. 12.*
- 19 Dispensatus à Papa ad beneficium curatum potest promoueri ad beneficiū , cui præficiendus est aliquis per electionem . *ibid. qu. 16.*
- 20 Dispensatus in ordine , & beneficio , & promotus non potest impetrare dispensationem super pluralitate , non facta mentione illegitimitatis . *idem ibid. quæst. 13.*
- 21 Legitimus à Principe non ideo est legitimatus quantum ad Ecclesiam . *Sà Filius. nu. 11.*
V. Cap. sede vac. nu. 43. & seqq.
Familiaris Episcopi. nu. 14.

Imagines sacrae.

- 1 Omnis tollatur abusus , superstitionis turpis quaestus , omnis lascivia à sacro imaginum vsu . *Trident. sess. de sacr. Imag.*
- 2 Nihil inordinatum , preposterum , profanum , in honestum appareat . *ibidem.*
- 3 Nulla insolita imago ponatur in Ecclesia non prius approbata ab Episcopo . *ibid.*
- 4 Non patientur Episcopi causa à se non cognita , & scripto probata , imaginem extra morem ornari , altarene ibi erigi , vota appendi , aut noui quidquam fieri . *Prou. 4.*
- 5 Neque pingantur historiæ non probataæ . *Prou. 1.*

6 Ne-

